



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Lobbetii Leodiensis E Societate Iesv. Specvlvm
Ecclesiasticorvm, Ac Religiosorvm.**

Lobbet de Lanthin, Jacques

Leodii, 1640

§. Primus. Quid sit Corona, & unde dicta?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47105](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47105)

48 SPECVLVM ECCLESIASTICORVM,
ridiculæ quædam simiæ, quæ pios ritus etsi non ex-
primerent, effingere tamen conarentur. Vt explo-
dantur illi, simulque probetur pia illa Romanæ, &
Catholicæ Ecclesiæ institutio, nonnulla subiun-
gam de Corona, de eius nomine, authore, solidif-
que rationum momentis, quibus ea niti videtur.

§. PRIMVS.

Quid sit Corona, & unde dicta.

l. 9. Orig.
30.

DE Corona dicere meditati, succurrit pri-
mum quid ea nominis sit, & cuius etymolo-
giæ? tum cur ea vertici Clericorum impressa?

Ad primum, quod attinet, Authores in varias
abeunt, diuidunturque sententias.

Isidorus coronam dici putat à choro, quod effi-
cta sit ad ordinem, & imitationem illius chori, qui
olim circum aras ducebatur.

Festus coronam appellatam credit, eo quod co-
horet eum, cui imponitur: itaque corona dice-
tur quasi cohonora. Hæ sententiæ ex eo fortasse
nonnullis displicebunt, quod non placeat illa aspi-
ratio, si enim ab illa, prodijt corona, cur eam depo-
fuit? vt in ea sententiarum pugna leniorem partem
sequamur.

L. 1. de
Coron. c.
3.

Dicemus cum Carolo Paschali, Coronæ nomen
deductum à voce græca κορυνη, id est summitas ar-
cus, & vertex orbis: hæc enim etymologia confo-
sonat

nat magis, consentitque cum ipsa coronæ figura, quæ spherica est. Sed parum est quid nominis, de eo certent grammatici, litemque inter se moueant: nobis de re ipsa erit disceptatio: vnde, & qua ratione corona in Clerici verticem ascenderit?

§. 2.

Quæ Coronæ institutio? quæ ratio institutionis.

QUæ hoc paragrafo, & sequenti dicturus sum, intelligi velim de Corona tum Clericali, ac minima; tum sacra, & Sacerdotali paulò laxiore, tum etiam Episcopali, ac Pontificia longè omnium amplissima; de qua primum quæri potest, quis illius author? tum quæ ratio institutionis? Satis constat inter authores Catholicos, Coronæ initia ab ipsis Apostolis petita, & communi traditione in posteras omnes ætates continua serie deducta: quid De Eccl. Hierar. p. 2. c. 3. quid hîc reclamant hæretici nostri temporis, nouatores, & venerandæ antiquitatis inimici. Videri potest super ea re D. Dionysius, Chrysostronus, & Baronius tomo primo ad annû Christi octauum supra quinquagesimum, quem dum consulis, transeo ad ipsam institutionem, illiusque rationes inuestigo. In 1. ad Cor. II.

PRIMA RATIO.

CRedunt nonnulli Apostolos Ecclesiæ Principes, ad communem omnium gentium consuetudinem respexisse, apud quas Sacerdotes diu-

G

nis